



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

VI. Bucerus tertium maritus, in Angliam proficiscitur, ibique moritur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

Certum est, inquit Historia Cœnæ, (a) Lutherum
cum loquitur de Anno M D XLIII, in magnis dif-
ficultibus esse versatum, ut qui cinctum undique se i-
nimicu & ab ijs quibus fidebat, desertum se videret. De
Buceri præcipue inconstancia & instabilitate quereba-
tur. is enim Anno 1542. deficiente a fide Catholica
Hermannus VVeda Archiepiscopo Colonien-
sis, evoca us Bonnam, reformationem illius-dic-
cessos consisperat edideratque, quæ extat, sed
quod in ea de vera & reali corporis Christi in Cœna
presentia doctrinam non palam propo, uisset, sed quodam-
modo calasset id alte senserat Lutherus & querebatur.
Ad hanc reformationem Philippus initio vocatus
fuerat, sed is in Bucerum onus hoc reiecit. Eoque
adamicum scribens Lutherus ait, Bucerum nihil aliud agere, quam reconciliaciones tractare: expertu-
rum tamen has artes nihil apud se valere. Se quidem ip-
sum nihil scripturū sed per Philippū, ut quam ipsi iratus
sit intelligat, effecturum. Advolarunt tuac Bonnam
uadique Apolatae Monachi, ut vultures ad pra-
dam, etiam ipse Melanchthon Anno 1543. sed Cle-
ri ac Coloniensis Senatus & Civium zelohi fugi-
tivi ex claustris & ab Ecclesia apostatae brevi tota-
dæcēsi fugere cum deposito Archiepiscopo coa-
cti sunt. refutavit enim clerus & universitas Coloniensis
turpem illam Buceri & sociorum Reformationem, scripto quo incestus crimen Bucero
typis est exprobatum, quod inani opera Melanch-
thoni matrimonij falso nomine cœnatus est obvela-
re. Sed ubi dictum est tenebriones sole Catholicæ
doctrinæ & zelo se exerente fugerunt primum
do tria deinde armorū ostēatione perstriati. (b)

VI. Bucerus, mo e. tum excucullatis monachis
usitato, Capitonis Symmyla olim sui viduam in
matrimonium duxit; qua mortua, ad secundas, de
in ad tertias nuptias convolavit, illustri monachali
continecentiae exemplo. De matrimonio facile
magistro suo assensum præbuit, ut scilicet à mo-
rofa uxore le expedire posset. *Quia Indiae*, aiebat,
permisum fuit, facto cum prioribus diuortio, alias duce-
re, ob coram duritiem: idem Christianis licitum esse debe-
re, ob concordia inter se coniuges vivere non possint. (c) Por-
tovidens Lutherum in Germania Zwinglianos &
Bullingerum in Helveria, & Calvinum a se aliquam
ex parte Argentorati nutritum atque educatum in
Francia novo Evangelio propagando esse occupa-
tos, valde florere, se pene, ob inconstantiam &
concordatum conciliandi, quæ conciliari non possunt,
contemptum, in Angliam abiit, metu etiam ne ab
Imperatore devictis Protestantibus victorioso,

manus sibi injicerentur. Duxit secum Paullum
Fagium, eodem metu correptum, & Hebraicæ lin-
guæ peritum: qui vix appulsus, Cantabrigiam pe-
tens, die in obiit XII. Novembris Anno MDXLIV.
Sic Bucerus deserto suo gregè, Angliam sibi tur-
bandam suscepit, in qua post multa dama Catho-
licæ religioni illata, exacto triennio mortuus
est Anno MDLII. ætatis anno LXI Jn extremo
constitutus agone acerrimos conscientiæ mor-
sus sensit, nec minus ut in tota vita, de ijs
in quibus cardo salutis nostræ vertitur, immo
de adventu Christi dubitate visus est, ut Ad-
gli scribunt, & Lindanus Episcopus Ruræmu-
danus. (d) Liberinus ait, paullo ante mortem
Sacramentiorum eum doctrinā professum, nec
mirum ut qui eam semper cum Lutheranismo con-
iuxit, & velut Eutyches Christi naturas, inter se
confudit. Nicolaus Sanderus lib. II. de An-
glicano schismate narrat, Bucerum aliquando à
Duce Northubriæ (Barone Pageto reginæ Con-
filiatio interprete) rogatum quid de presentia
Corporis Christi in Eucharistia crederet, respon-
disse: de ea le dubitate non posse, nisi de Evange-
listarum Fide dubitate velit, Sibi tamen non omnia
qua in N. T. de Iesu Christo scripta sunt, certa atque
indubitate videntur, quamvis hac tenus id aperte dicere no-
luerit. Et hac quidem dicendi libertate homo hic
utebatur, quod Dacem illum parum religiosum
esse scirebat. At Apologia de Cœna Augustana ait,
iam libere eum quid de hoc articulo sentiret, scri-
bere cōpisse, sed morte præventū, abselvere opus non
potuisse. Sic ut vivum, ita mortuum Bucerum pa-
utraque sibi vindicabat.

DEMIRACULIS ALIQUOT PER Eucharistia Sacramentum à Deo factis eo- dem tempore quo à Sacramentarijs maxime impugnabatur.

CAPUT XII.

A R G U M E N T U M.

I. In omni antiquitate existare multa circa SS. Eucha- ristiam miracula.

V 3: II. Miracula
a fol. 379: b Vlenberg, Vita Melanchton cap. 16. num-
Arnold. Mesnouius lib. de schismate Hermanni VVeda-
ni. Surius Eccl. b In Matth. cap. 10. d In Syntag. pag. 53.